



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

241. An tributum sit iniustum eo, quod indirectè grauentur Clerici, v. g.
super carnibus, pane, vino, oleo, &c. Ex p. 4. tr. 4. & Misc. res. 174.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

galis confluere possint Clerici, respondent Rodri-
quez, & Henriquez, *vbi suprā affirmatiōē*; quibus
etiam adde Ledesma *in summ. tom. 2. tract. 7. cap. 2.*
concl. 27. Sed hoc difficultate non caret. Vide *suprā*

*Quæ hic est
inf. Ref. 143
Sed magis
ad rem in
Ref. 244.*

RESOL. CCXL.

*An tributum sit iniustum, eo quod indirecte grauentur
Clerici, v. g. super carnibus, pane, vino, oleo, &c.
Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref. 174.*

*Sup. hoc in
Ref. præterita,
& inf. in
Ref. 244.*

S. I. Negatiū respondet Sanchez *in opus. tom. 1.*
lib. 2. c. 4. dub. 55. n. 40. vbi sic ait. Impositio-
nem factam sacerdotibus arictes vendentibus in ma-
cello, quod vocant *Bistro*, quod scilicet singulorum
arictum pretio duos solvant argenteos, non esse illi-
citam, licet inde resulteret quod Ecclesiastici carius
emant. Probatur, quia non est iniustum tributum, eo
quod indirecte grauentur Clerici, nam ex alcaula:
& vestigalibus, i. *pafajes*, quas mercatores ex mer-
cibus solvunt, quas, ab uno loco in alium transfue-
hunc, & vendunt, sequitur, quod Clericis carius
stent merces illarum, & non ob id sunt iniusta vestigalia
illa. Insuper hanc sententiam tenet aliqui Doctores
qui proponunt hunc casum, an possit imponi tri-
butum super carnibus, vino, &c. indistincte sine ex-
ceptione Ecclesiasticorum & obiectum videri non
esse licitum, quia inde indirecte grauentur Clerici,
cum haec carius emant, & posita hac obiectione, re-
spondent, quod si faciunt animo iniuriandi Clericos,
& extorquent pecunias, quas alio modo extorque-
re nequeant, est illicitum; si verò non hoc animo,
quia licet non essent Clerici, adhuc imponerent, nec
imponunt magis super his, quæ sapienter emunt à
Clericis, est licitum, nec possunt conqueri Clerici.
Si respondent Sylvestris *verb. immunitas 1. quaest. 6.*
in fine. Lopez part. 1. instruct. cap. 190. Astensis *lib. 6.*
summ. tit. 30. Angelus ver. immunitas, vnum. 42. Et in
hoc casu constat non malo animo iniuriandi Clerico-
i impositum esse tributum, quia licet non essent Cle-
rici, imposuerint, & non magis imposuerunt in his
quæ sapienter emunt à Clericis, & sic tenerunt do-
cti recentiores Magistri. Ita Sanchez.

*Sup. hoc in
Ref. 1. not.
præterita §.
1. post me-
diū, & su-
per in Ref.
214. 8. Dicere
autem.*

2. Sed hæc doctrina stante Bulla *Cœnæ* ibi direc-
tè, vel indirecte mihi non placet, & Doctores quos
pro sua firmanda sententia adducit Sanchez, ego re-
probauit in *part. tract. 2. resolut. 82.*

*Quæ hic est
Ref. antece-
dens.*

RESOL. CCXLII.

*An emens viualia profilio Clerico, vel Capellano sua
familia, teneatur solvere gabellas?*
Et additur, quod in tali casu Patres possunt donationem
facere filii de tota illa summa, quam expensuri sunt
pro illis, & postea eorum nomine illam expendere in
eorum seruitum. Ex part. 4. tract. 4. & Misc. Ref.
fol. 175.

S. I. Affirmatiū respondet Thom. Sanchez *in
opus. tom. 1. lib. 2. cap. 4. dub. 54. num. 2.* quia
dorsinium eorum, quæ consumuntur, non est Clerici,
sed patris, vel domini sacerdotissimum Clericis, qui
sustentat plures famulos sacerulares, non tenetur
solvere gabellam pro parte quam famuli consu-
munt, sic docti recentiores. Ita Sanchez.

2. Sed contrariam sententiam prorsus tenendam
esse puto, & ita communiter observatur, & præser-
viam in nostro Regno Sicilia, vbi supradicti sunt im-
puniti, sic docti recentiores. Ita Sanchez.

— munes à gabellis pro viualia emptis in suffenta-
tionem Clericorum, quia Clericus est ab omni ex-
actione immunis pro ea parte, quam ipse consumit,
nec valet dicere cum Sanchez, quod dominum co-
rum, quæ consumuntur, non est Clerici, nam re-
spondeo quod sufficit, quod illa viualia emuntur
pro Clericis, eaque ipsi consumant, & ita sentunt
plures Magistri Societatis Iesu & aliarum Religio-
num de hoc casu à me consulti. Adde quod in tali
casu patres possunt donationem facere filii de tota
illa summa quam expensuri sunt pro illis, & postea
eorum nomine illam in eorum seruitum expendere,
& sic cessaret ratio Sanchez.

RESOL. CCXLIII.

*An licite Senatus Panormitanus, & alia Republica ex-
igant gabellas ab Ecclesiasticis cum animo restituendi
eas in fine anni?* Ex part. 1. tract. 2. Ref. 45. alias 44.

S. I. Ad hanc questionem negatiū respondet
viri docti, Duardus in *Bull. Can. lib. 2. can.
18. 9. 15. n. 3.* & Alterius de *cens. tom. 1. dis. 19. lib. 5.
cap. 3. fol. mibi 734.* vbi sic alterit: [Notandum est,
non excusat ab hac censura, qui exigunt, vel man-
dant exigere huiusmodi gabellas à Clericis, animo re-
stituendi in fine anni quamus profligate hunc mo-
dum seruare, causa evitandi fraudes publicanorum
exigentium gabellas. Et ratio est: quia cogunt antea
ad solvendum: & hoc est magnum onus, & incom-
modum Clericis.] Ita Alterius. Quocirca addit Duar-
dus: [Qui supradicti animo hæc onera à Clericis
exigunt, si volunt effigere huius censura vineulum,
in fine anni eurent ipsis Clericis restituere aliquid
plus, suprà id, quod exegerunt in recompensationem
dicti incommodi, & interest.]

2. At, his non obstantibus, puto sine vilo scrupulo nostram Ciuitatem hanc consuetudinem ob-
seruare, nempe in fine anni pro viualibus solvere
Clericos, ut vulgo dicitur, *lo scasfato*: quia totum
hoc factum fuit, & efficitur ex concordatis factis
cum Episcopis contentientibus, & volentibus ipsis
Clericis; non autem renuntiantibus priuilegio, sed
sustinentibus eius effectum: differri in tempus, quod
proximè sit magis opportunum sine vilo onere, &
interest.

RESOL. CCXLIV.

*An si Princeps, vel aliqua Republica propter aliquam
iustam causam auferret tantillum premium carnis, vini,
olei, &c. vt illud plus convertatur in illam causam,
non quidem in grauamen Clericorum faciens principali-
ter, sed generaliter in grauamen omnium, incurrit
in excommunicationem Bulla, si talen gabellam à
Clericis exigant; vel in tali casu in aperienda sit alia
taberna in quam sine tributo confundere possint Clerici
ad emendum vinum, oleum, &c. in suo prelio?* Ex
part. 1. tract. 2. Ref. fol. 46. alias 45.

S. I. Negatiū respondendum videtur ex Angelo *verb. immunitas, numer. 42.* & ex Sylvestro pra. in
cedem *verb. 1. quaest. 6. num. 22.* quem sequitur Corio-
lanus in *Bulla Cœnæ, excommunic. 18. fol. mibi 949.*
Lopez in *instruct. p. 2. cap. 40. fol. mibi 127.* & fa-
cit Henriquez *lib. 5. cap. 15. numero 5.* quem po-
stea sequuntur est Malderus in *2. 2. tractat. 5. cap. 6.
dub. 11. in fin.* vbi sic ait: [Est licita contributio à
laicis imposta, quando in valde modico grauat
Clericis,